

bona facies hominis dimensa esse pariter et affecta hilariter et luculenter colorata. Et bonus animus amici consensionis dulcedine et amoris fide. Et bonus vir iustus. et bone diutie. quia facile expedunt. et bonum celum cum sole et luna. et stellis suis. Et boni angelii. sancta obedientia. Et bona loquio suauiter docens. et congruent monens audientem. Et bonum carmen. canorum munera. et sententias graue. Quid plura et plura s'bonum hoc. et bonum illud. Tolle hoc et illud. et vide ipsum bonum si potes. ita deum videbis. Non alio bono bonum. sed bonum omnis boni. Neque enim in his omnibus bonis vel que commemoraui. vel que alia cernuntur sive cogitantur. diceremus aliud alio melius cum vere iudicamus. nisi esset nobis impressa notio ipsius boni. secundum quod et probaremus aliquid et aliud alio preponeremus. Sic amandus deus. non hoc et illud bonum. sed ipsum bonum. Que rendum enim bonum anime. non cui superuolitet iudicando. sed cui hereat amando. Et quid hoc nisi deus non bonus animus. aut bonus angelus. aut bonum celum. sed bonum bonum. Sic enim forte faciliter aduertitur. quod velim dicere. Cum enim audio. verbi gratia quod dicitur animus bonus. sicut duo verba sunt. ita ex eis verbis duo quedam inteligo. Aliud quo animus est. aliud quo bonus. Et quidem ut animus esset. non egit ipse aliquid. Non enim iam erat. qui ageret ut esset. Ut autem sic bonus animus. video agendum esse voluntate. Non quia id ipsum quo animus est non est aliquid boni. nam unde iam dicitur et verissime dicitur corpore melior. sed ideo nondum dicitur bonus animus. quod restat ei actio voluntatis. qua sit protestator. Quoniam si neglexerit iure culpatur. recteque dicitur non bonus animus. Distat enim ab eo qui hoc agit. Et quia ille laudabilis. profecto iste quod hoc non agit vituperabilis est. Cum vero agit hoc stu-

dio. et fit bonus animus. nisi se ad ali quid conuertat quod ipse non est. non potest hoc assequi. Quo se autem conuertit. ut fiat bonus animus. nisi ad bonum. cum hoc amat et appetit. et adipiscitur. Unde si rursus se auertat fiatque non bonus. hoc ipso quod se auertit a bono nisi maneat in se illud bonum unde se auertit. non est quo se iterum si voluerit emere conuertat. Quapropter nulla essent mutabilia bona. nisi esset incommutable bonum. Cum itaque audis bonum hoc et bonum illud. que possunt alias dici etiam non bona. si potueris sine illis que participatione boni bona sunt. perspicere ipsum bonum cuius participatio bona sunt. simul enim et ipsum intelligis. cum audis hoc. aut illud bonum si ergo potueris. illis detractis per se ipsum perspicere bonum. perspereris deum. Et si amore inheseris. continuo beatificaberis. pudeat autem cum alia non amentur nisi quia bona sunt. eis inheredo non amare bonum ipsum. unde bona sunt. Illud etiam quod animus tantum quia est animus. etiam nondum eo modo bonus quo se conuertit ad incommutable bonum. sed ut dixi tantum animus cum ita nobis placet ut eum omni etiatis luce corpore cum bene intelligimus preferamus non in seipso nobis placet. sed in illa arte qua factus est. Inde enim approbatur factus. nisi videtur fuisse factus. hec est veritas. et simplex bonum. Non enim est aliud aliquid quod ipsum bonum ac per hoc etiam summum bonum. Non enim minui vel augeri bonum potest. nisi quod ex alio bono bonum est. Ad hoc se igitur animus conuertit ut bonus sit. a quo habet ut animus sit. Tunc ergo voluntas nature congruit ut perficiatur in bono animus. cum illud bonum diligatur conuersatione voluntatis. unde est et illud quod non ammittitur. nec auersione voluntatis. Auertendo enim se a summo bono. amittit animus. ut sit bonus animus. non autem amittit ut sit animus.